



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.
Libri Qvinqve**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10840

pitis dolor euanesceret ; in lucem prodit iam oculis gratam, cibum sumit, quem auersabatur prius. Beneficij gratias sancto agit , & nostris chirographi. Agrè ab se illud amouerat , cum mali prima vis tota denuo repente ingrauit ; reuocatur de via qui chirographum referebat , recipitur , adhibetur , morbus omnis diffatatur ; quas easdem vices toto quatriduo toties probauit, quoties ab se chirographum abstulit , donec tandem illud repetentibus patribus, valetudinis securus restituit.

Huic ferè geminum euenit in Colomna Correia item Maioricæ quoad cruciatus capit is , & alterius oculi , quem subinde credebat euulsum stirpitus ; sed malo insuper cæcitas accessit ; cum referente aliquo didicit quod ante biennium in Contestio factum narrauimus , impetrato igitur chirographo, adhibitòque ad oculum, cæcitatem vnà omnémque alium dolorem depulit.

Ante hos Romæ iisdem in morbis virtutem chirographi senserat Olimpia Marina tam immanni tormento capit is extra se posita , vt continenda esset vinculis, ne ad parrietes caput allideret. Hæc item chirographi, contactu triplici , sic persanata est , vt è vestigio, & febris qua detinebatur, & cæritis dolor abscederet.

Sed adeò multa sunt hoc solum chirographo prodigia diuinitus edita, vt iustum volumen possint confidere : nam puella cæca Valentiae , lumen eius attactu recepit ; & quidam ibidem ex ministris aulae primariis vertiginem discussit, quæ post lex mensium irritam medicationem degenerabat in apoplexiam ; & Madriti è Societate Ioannes Rojas, terminibus stomachi perclitari de vita solitus, illius tactu sic valuit , vt ad confessiones in templum statim descendenteret ; & è nostris item Martinus Gardius, diurnum dentium dolorem momento dissipauit ; & Dominus Ioannes de Aquilera Tolleti Chartusianus ex neruorum contractione crure altero captus ; ac Michaël Glosius S. Martini prope Hesdinum Abbas ex præmonstratensium Ordine , brachiorum & crurum paraysi, eiusdem remedij mirabilitate sanitatem adepti sunt.

Verum vt alia taceam , quæ habentur in actis ad sanctitatem Ignatij probandam confessi , vnum addam exempli quam prodigijs non minoris. Romæ Sacerdos è Societate concionibus & fama notissimus à nobis discessit, abeundi causa ex iis fuit, quæ perseverantis constantia iactura puniuntur. Hic anno sesquimillesimo nono , & nonagesimo, altero oculo grauiter laborans , tandem illum amisi : conuenit illum officij gratia adjutor è Societate , qui S. Ignatij admoto chirographo mira consueverat patrare: Optauit ægrotus huius quoque beneficij fieri particeps, cæcoque oculo chirographum appressit , sanctum rogans , vt lucem redderet ; sed euentu rogantis commerita , non preces fecuto , post amatum chirographum , altero etiam quem sanum habebat oculo , cæcatum se compert , sancto arbitror id volente , vt ea cæcitas excæcati animi collyrium fieret.

Michaël

XXXVIII

*Simile prae-
denti.*

XXXIX.

*Simile item
Roma.*

XL.

XL I.

*Concionator
è Societate
egressus S. Ig-
natij chiro-
grapho ocu-
lum amitti.*